Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uideris eos loquentes sibi.
Qui aut. Sub arbore. Dixit ei
daniel. Recte mentitus es
in capite tuo. Ecce enim ange
lus dei accipiet sententiam ab
eo. laceret te medium. Et amo
to eo iussit venire alium: et dixit
ei. Semen chanaan et non
iuda: species decepit te et con
piscentia cordis tui. Sic faciebatis filia
bus israel: et ille timentes lo
quebant vobis: sed non filia
iuda sustinuit iniquitatem
vestram. Nunc ergo dic mihi:
sub qua arbore prehenderis
eos loquentes sibi. Qui aut
sub prino. Dixit autem ei da
niel. Recte mentitus es et
tu in capite tuo. Manet te
angelus dei gladium habens
ut secet te medium: et inter
ficiat vos. Exclamauit ita que
omnis cetus voce magna:
et benedixerunt deo qui sal
uat sperantes in se. Et consur
rexerunt aduersus duos
presbiteros: iudicauit enim eos da
niel ex ore suo falsum dixisse
testimonium. Fecerunt que illis
sicut qui male egerant ad
uersus proximum: et in
terfecerunt eos. Et salua
tus est sanguis innocuus
in die illa. gr. Si ambulem

in medio umbre mortis non timebo
mala quia tu mecum es domine ℣ Virga
tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.
In illo tpe. Dixit Johem.
ihs in montem oliueti et di
luculo iterum venit in templum.
Et omnis plebs venit ad eum:
et sedens docebat eos. Ad du
cunt autem scribe et pharisei
mulierem in adulterio depre
hensam: et statuerunt eam
in medio et dixerunt ei. Magi
ster: hec mulier modo de
prehensa est in adulterio in
lege autem moyses mandauit
nobis huiusmodi lapi
dare. Tu ergo quid dicis: hoc
autem dicebant tentantes
eum: vt possent eum accu
sare. Ihs autem declinans se
deorsum: digito scribebat
in terra. Cum autem perseuerarent
interrogantes eum: erexit
se et dixit eis. Qui sine peccato
est vestrum: primus in illam la
pidem mittat. Et iterum se incli
nans: scribebat in terram.
Audientes autem hoc unus per
unum exibant: incipientes a
seniorib[us]. Et remansit ihs
solus: et mulier in medio
stans. Erigens autem se ihs:
dixit ei. Mulier: vbi sunt qui
te accusabant: Nemo te con
demnauit: Que dixit. Nemo